



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

31. Augusti. Pridie Cal. Septe[m]b.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

sterio Novi Castri amplexus es. Quorum alter à te summè dilectus cum morte præmatura decessisset, ex desiderio continuandi in cœlo tam dulcis consortii, multum lacrymarum ad illius tumulum effudisti. His denique finem fecit vox inde emissa, paucos intra dies pii voti te compotem futurum

In Deo pollicita. *Nihil tam vehementer desiderat cor humanum, quàm suam felicitatem: sed quoties alibi hanc quærimus, quàm ubi tu illam invenisti, in cœlo nimirum, & in Deo, qui solus hunc amorem exsatiat!*

S. BERNARDUS. ser. 83. in Cant.

DEUS *Magna res amor: si tamen ad scopus* *um recurrat principium, si sue origini redditus, si resusus suo fonti, semper sumat, unde jugiter fluat.*



31. Augusti. Pridie Cal. Septēb.

Pass.
saculo
1500.

SANCTI Martyres Anglicani, illustres victimæ furibundæ hæresis: quos in variis Insulæ locis per diversa tormentorum genera, Henricus VIII. & Elisabetha promoverunt ad palmam. Vestra quidem nomina cœlo magis nota sunt quàm terræ: quia tamen in plenissima monachis cœnobis pestis hæc dira defævit, invictos animos vestros, cum no-

cùm nomina latent, nostra devotione veneramur. Vos de vestris jam coronis securi, nobis adhuc in prælio stantibus succurrite: tam facile illud vobis, quàm infirmitati nostræ necessarium.

B. GERTRUDIS, Abbatissa Bilo-
 cæ in Flandria: quæ à parentibus ob
 raram formæ venustatem conjugio ^{anno} 1400.
 destinata, per mirabilem lacrymarum
 pugnam impetravisti, ut tibi Christo
 Sponso adhærere liceret. Cùm enim
 soror tua pretioso vestis ornatu com-
 pta jamjam ad monasterium deduce-
 retur, atque uberrimè hanc sortem su-
 am defleret: tu è contrario ploratu mi-
 nimè infantili diceres, te verò infelicis-
 simam, cui pro virginali velo virum
 parentes obtruderent. Pro felici utrim-
 que omine acceptum est hoc duellum;
 utrique sua permessa libertas; par utro-
 bique exultatio, nisi quòd optimam
 te partem elegisse, paulò altiùs gloria-
 baris. Sic admissa, velut olim corpo-
 ris specie cæteros homines, ita brevè
 sacras virgines animi decore anteibas.
 Elucebat præcipuè charitas: ad quam ^{Ardor}
 pro voto exercendam gratissima occa-
 sio fuit, annexum monasterio xeno-
 dochium, receptaculum quocunque ^{chari-}
 morbo infectorum. Hic tibi nec ulce-
 rum graveolentia nauseam, nec obse-
 quiorum

Lacry-
 mis cū
 sorore
 de sta-
 tu eli-
 gendo
 certat:

Ardor
 chari-
 tate.

quorum extrema vilitas creavit horrorem; quin omnibus infatigabili diligentia, parique animi puritate inservires. A quo labore etiam in Abbatissam electa te nunquam eximi patiebaris. Atque ita Mariæ simul ac Marthæ munere fideliter expleto, sanctimoniarum famâ celebris, migrasti ad Sponsum. Ad

Odium concipiendum summum peccati odium, & peccati virtutis amorem, sufficeret ista serio perpensa dignatio, per quam fidelis anima Dei sponsa dici meretur; licet nulla inferorum tormenta Deus minaretur. Tu esto anima mea pronuba, eamque de non servata fide dolentem Sponso reconcilia.

S. BERNARDUS, Dö. i. p. Epiph. s. 8.

Magna Unde tibi, ô humana anima, unde dignitas animæ Deum amat. Unde tibi hoc? unde tam inestimabilis gloria, ut ejus sponsa merearis esse, in quem desiderant Angeli ipsi prospicere? Vide, quibus brachys vicarie charitatis redamandus, & amplectendus sit, qui tanti te estimavit, imò qui tanti te fecit.

